



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 4. Igne consumpti, qui tres pueros igne perdere voluerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)



## §. IV.

*Igne consumpti, qui tres pueros igne perdere  
voluerunt.*

Nunc & in igne videamus iustitiam ta-  
lionis. Neque enim tacendum est, quod  
Daniel memorat, tribus pueris accidisse,  
qui ipsi illæsi *ambulantes in medio ignis spe-*  
*ctandi spectauerunt eos, extra fornacem,*  
*ardentes, à quibus iniecti fuerant. Et non*  
*cessabant, ait Propheta, qui miserant eos,*  
*ministri regis succendere fornacem, naphtha,*  
*& stippa, & pice, & malleolis, & effundeba-*  
*tur flamma super fornacem cubitis quadragin-*  
*ta nouem: & erapit, & incendit, quos reperit*  
*iuxta fornacem de Chaldeis. Quid isti? non-*  
*ne ignem sibimet ipsis incenderunt? & sen-*  
*serunt ignem, extra clibanum, quem serui*  
*Dei in furnum calidum conditi non sense-*  
*runt, suauissima aura recreati? Nimirum,*  
*sæpe illud ipsum malum, quod alijs homi-*  
*nes machinantur, incurrunt; atque ijs,*  
*quibus machinantur illud, in refrigerium*  
*commutatur, vt illis tantò ægriùs sit, si vi-*  
*deant, se non solùm, id quod voluerunt,*  
*non effecisse, sed etiam technâ se suam in se*  
*ipsos struxisse. Itaq; tres pueros, immò tres*  
*viros illos, flamma illustrauit, Chaldæos*  
*supplicij authores deuorauit.*

## §. V.

Dan. 3.

92.